

Quintus

Tractatus

rum inesse subiecto susceptibili. v. omnis numerus e par vel impar. omne animal e sanum vel egrum. Locus a contrariis est habitudo vnus contrarior ad reliquū. z est destructiuus z constructiuus. vt pz in tra

Querit Utrum locus a contrariis teneat affirmatiue z negatiue indifferenter in contrariis mediatis et immediatis. Ddm q sic vt habet textus. Et est considerandū. q non valet in contrariis mediatis destructiue nisi obleruent aliquę cōditiones. Prima e q arguatur cum cōstantia subiecti. Secūda est q arguatur cum remotione medioꝝ contrarior. vt hoc corpus nō est album nec medio colore coloratū. ergo est nigrum. Tercio requirit q arguatur respectu subiecti susceptibilis. Et ad hoc q valeat in contrariis immediatis destructiue requiruntur due cōditiones. Prima e q arguatur cum cōstantia subiecti. quare non sequit. ada non est sanus. ergo est eger. Secūda cōditio e. q arguatur respectu determinati subiecti z susceptibilis et ergo non sequit. lapis nō est sanus. ergo est eger. eo q lapis nō est susceptibilis sanitatis.

Arguit Non sequit. fortes fuit sanus. ergo fortes nō fuit eger. vt pz de se igit Ddm q arguendo penes istum locum debet sumi copula de presenti. quia cōtraria possunt vicissim vni inesse. Et qñ dicit. non sequitur copula existere de presenti. iste videt sanum. ergo non videt egrum. Ddm q iterum male arguit. quia contraria debent poni in recto. z debent esse predicata totalia.

Arguit Non sequit. hoc scutum est album. q nō est nigrum. quia scutum pt esse pro vna parte albū et pro alia parte nigrum. Ddm negādo antecedēs. nam ista est falsa hoc scutum est album. quia tale scutum nec est simplr album nec simplr nigrum sed fm quid albū z fm quid nigrum. z sic albedo nō inest satis extēse. quare non oportet tale argumentū valere. vt dcm est in pdicamentis

Arguit Non sequit in contrariis immediatis. hoc animal nō est egrum. ergo est sanum. quia aliqd est animal habēs corpus neutrum. Ddm q sanum z egrum capiunt duplr. vno modo put subduntur sensibili iudicio medicoꝝ. z sic sunt cōtraria mediata. Alio mō capiuntur sanum z egrum put cōstituentiū animal. z tunc bene sequitur. quia vno posito in subiecto alterū remouetur. licet medici hoc non cognoscant.

Que autē sunt priuatiue opposita dictuz est prius. Locus a priuatiue oppositis e habitudo priuationis ad habitum. vel habitus ad priuationē z tenet constructiue. vt iste est videns. ergo non est cecus. vel est cecus. ergo non est videns. Locus a priuatiue oppositis. Maxima. Posito vno priuatiue oppositoꝝ circa aliquod subiectū ab eodē remouetur reliquum. Destructiue non tenet nisi cum instantia subiecti. et cum tēpore determinato a natura. Catulus em̄ non dicit vi

dens neq; cecus ante nonū diem. Et pñc non dicit edentulus ante tempus determinatum a natura.

Hic pñter determinat de loco dyalectico fundato in priuatiue oppositis. z primo diffinit priuatiue opposita sicut dcm est in pdicamentis. Sed locus a priuatiue oppositis est habitudo priuationis ad habitum. vel e contra. Et simplr iste locus valet tñ constructiue. ab esse vnus ad nō esse alterius. vt iste est videns. ergo non est cecus. vel e contra iste est cecus ergo nō est videns. z sic debet argui a positione vnus ad esse alterius requirunt tres cōditiones. Prima est q arguatur cum cōstantia subiecti. z ergo non sequitur. anti xps non est videns. ergo est cecus. quia anti xps non est in rerum natura. Secūda cōditio est q debet argui respectu subiecti susceptibilis. z ergo non sequitur. lapis non est videns. ergo lapis est cecus. quia lapis nō est subiectū susceptibile visionis. Tercia q arguatur tpe determinato a natura. z ergo nō sequitur. catul' iste est habens oculos z non videns ante nonū diem. ergo est cecus. quia tempus nō est determinatū a natura ante nonum diem

Arguit Non sequitur. fortes erit videns. ergo nō erit cecus. Ddm q iste locus tenet respectu copule de presenti ab affirmatione vnus ad negatione alterius. Et qñ dicit. non sequitur cecitas est priuatio. ergo visus est priuatio. Ddm q hic non arguit per istum locum. quia priuatiue opposita debet pdicari respectu eiusdē subiecti. hic nō subijciunt

Arguit Non valet constructiue per istum locum. iste quietat. ergo non mouetur. posito em̄ casu q aliquis sederet nauī tunc quietaret. z tñ moueretur. Ddm q non est incōueniens q idem per se quietat z moueat per accidens. quia talis in nauī q dicit per se. sed mouetur ad motionē nauis per accidens. Vel dicendū q posito illo casu talis nō quietat simpliciter. ergo antecedēs est falsum.

Arguit Non valet. dormiens non est videns. ergo e cecus. ergo non tenet iste locus negatiue pdictis conditionib; obseruari. Dicendū q non videns capitur duplr. vno modo priuatiue. alio mō negatiue. z hoc duplīter. Vno mō valet id est nō habens visum. Alio mō valet tantū sicut non vrens visus. Vno modo quādo capitur vno modo put negat habitum visus. tunc opponitur ceco. z tunc dormiens nō est non videns. quia ad huc habet potentia visum et ergo antecedēs tunc est falsum. sicut z cōsequens. s; quādo capitur negatiue z primo mō. tunc iterum est falsum. sed secundo mō est verum. z non arguitur penes istum locum

Cōtradictio est oppositio cui' fm se nō est dare mediū. Locus a cōtradictorie oppositis e habitudo vnus cōtradictorie oppositoꝝ ad reliquum. vt fortes sedere est verum. ergo fortes non sedere est falsum. Locus a cōtradictorie oppositis. Maxima. Si vnum cōtradictorie est verum reliquū erit falsum.